



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 2. Monstrum sub Polycriti forma vaticinans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

lus dæmon, vt est grauium malorum author, ita nonnunquam etiam cogitur esse corundem vaticinator?

§. II.

Monstrum sub Polycriti forma vaticinans.

Stroz. Ci-
cogna in
theatr.
vniuers.
nat. part.
s. l. 3. c. 1.
& ex eo
Henric.
Kornman-
nus de
mirac.
mortuor.
p. 4. c. 13.

Mirabile est, quod Strozius Cicogna refert de Spiritu incubo, qui Polycriti formâ, *Ætolorum Princeps* creatus esse, & iuuenulam *Locrensem* uxorem duxisse, legitur, cum qua, tribus exactis maritali consuetudine noctibus, subito disparuit, grauidamq; uxorem reliquit, qua postea *Hermaphroditum* monstrum valde partum edidit. Mulieris parentes attoniti monstrum in forum detulerunt, vbi conuocato senatu, vocatisq; aruspibus, deliberatum fuit, quid monstrum illo faciendum esset. Consuluerunt alij, vt partus flamma aboleretur; alij, vt mater cum partu *Ætolorum* finibus exigeretur. Heic Polycritus nigro vestitu amictus repente apparuit, & precibus primum, deinde minis filium reposcit. Recusantibus *Ætolis*, in medium prosiluit, & infantem apprehensum totum deglutivit, capite excepto, statimq; disparuit, *Ætolis* ingenti stupore percussis, & de legatis ad oraculum *Delphicum* mittendis consulentibus. Infantis caput in medio foro iacens loqui coepit, & graui oratio-

oratione magnam cadem prædixit, quæ non multò post secuta est, pralio, inter AEtolos & Acharnanenses, commisso. Habes hîc præfagium & supplicium. Erat enim digna parentibus proles, mulctans pariter, & vaticinans, sed non sine dæmone monstri parente, Dei lictore, & mali nunciatore.

§. III.

Victoriarum amittendarum nuncia monstra.

Sunt &, apud Valerium Maximum hu-
ius præmonitionis exempla. Nam loquens
de C. Hostilij Mancini vesana perseveran-
tia scribit, ei consuli in Hispaniam ituro hæc
prodigia accidisse. Cùm ab Herculis portu, quò
pedibus pervenerat, navem conscenderet, talis
vox sine ullo auctore ad aures eius pervenit,
Mancine mane. Qua territus, cùm itinere
converso Genuam petisset, & ibi scapham esset
ingressus, anguis eximia magnitudinis visus è
conspectu abiit. Hæc & insuper aliquid de
pullis fugitiuis, concludit tali epiphone-
mate: Ergo numerum prodigiorum numero
calamitatum æquavit, infelici pugna, turpi
fœdere, deditioe funesta. Et postea, paulo
infra: Non sinit nos M. Crassus, inter gravis-
simas nostri imperij iacturas numerandus, hoc
loco, de se silentium agere: plurimis & eviden-

Valer.
Max. l. 1.
c. 62. 63.